

terre in Tunum, cum dimidia quinta ora [ɔ:et dimidia marcha terre cum dimidia ora] *) terre in Hambrum, parochia Munkatorp, cum omnibus suis adiacencijs, nullis exceptis eidem domino L[aurencio] bona mea, videlicet vnam [—um] attungam [ɔ:—um], cum dimidia [ɔ:—io] attunga [ɔ:—go] terre, cum sedecima parte vno [ɔ:—ius] attungo [ɔ:—gi], in Skiølstadum, parochia wikingsstadha sita, perpetuum sibi addita pecunia, cum omnibus [ɔ:domibus]. agris, pratis, pascuis, siluis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, ceterisque omnibus alijs bonorum eorum adiacencijs, longe vel prope positis, secundum leges ostgotorum, rite ac racionabiliter, trado et assigno omni Jure in perpetuum possidendo [ɔ:—da]. transferens in ipsum Dominum L[aurencium] et suos heredes plenum possessionis ius, predicta bona vendendi, donandi, commutandi, seu alio modo quocunque voluerit libere ordinandi, ablata mihi meisque heredibus omni facultate vlllo vnquam adinuencionis ingenio, ab ipso vel suis heredibus, in posterum reuocandi. In cuius evidenciam firmiorem, sigilla Nobilium Dominorum. Gregorij Magnusson. Anundi Jonsson. Styrberni Torstensson. Vlphonis Magnusson. et Eringislonis Jonsson, cum sigillo meo proprio peto, presentibus apponenda. Datum Ekeby Syla Anno Domini M. CCC. XX. septimo. die Beati Olai Martyris.

Enligt teckningen under afskriften, hafva alla sigillerna saknats.

2620.

1327 d. 29 Juli.

Marsken ERENGISLE NÅSKONUNGSSON bortbyter, å Thure Jönssons vägnar, jord i Skjölstad i Östergötland till Lars Jonsson, mot dennes jord i Tuna och Hambra i Munktorps socken i öfra Sverige.

L. Sparres saml. afskr. i Riks-Arch., Sign. J. 6. fol. 29.

Omnibus ad quos [presens] scriptum peruenerit ERINGISLO NESSKONUNGSSON illustris Regis Suecorum [ɔ:—cie] et Noruegie Marscalkus, salutem in Domino sempiternam. Nouerunt [ɔ:—rint] vniuersi me ex parte discreti viri, Toreri Jonsson commutationem prediorum cum Domino Laurencio Jonsson fecisse assignando eidem Domino L. terram Thoriri Jonsson, in østgocia videlicet skiølstada, Terram viro [ɔ:vero] predicti Domini L. in superiori Suecia parochia Munkatorp in Tunum et Hambrum ipsi Thoriro. Jonsson, iure perpetuo possidendam. Jgitur ne quis heredum meorum ipsum Thorirum in possessione prediorum memoratorum, infestandi potestatem habeat. sigillum meum vna

*) Se beloppet, utfördt i Lars Jonssons bref, N:o 2621.

cum sigillis Nobilium Dominorum, Caroli fratris mei, Gregorij Magnusson et Anundi Stura, militum presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini Millesimo CCC. vicesimo septimo, die beati Olai Regis et Martyris.

Enligt teckningen har endast Greger Magnussons sigill (2 snedbjelkar) funnits i behåll.

2621.

1327 d. 29 Juli.

Ekeby.

LARS JONSSON gifver sin försäkran på ofvannämnda jordabyte med Marsken Erengisle Näskonungson. (Se N:o 2619.)

L. Sparres saml. afskr. i Riks-Arch., Sign. J. 6. fol. 30.

Omnibus presens scriptum cernentibus, LAURENCIUS JONSSON, salutem in Domino sempiternam. Tenore presentis Nouerunt [o:—rint] vniuersi, me [cum] nobili milite, Domino Æringislone Marscalco, commutationem et empcionem prediorum fecisse, in hunc modum, videlicet, quod pro vna attungas [vno attungo] terre, cum dimidio, et sedecima parte vnius attungis [o:—gi] in skølstadum wikingzstadhæ, cum omnibus et singulis prediorum [o:predictorum] bonorum adiacencijs, nullis exceptis competenti mihi addita pecunia, vt me contentum habeo. eidem Domino, bona mea in Tunum, videlicet vna [o:—am] marcha [o:—am] terre et in hambrum dimidiam marcham terre, cum dimidia ora terre, parochia Munkatorp sita, cum domibus, agris, pratis pascuis, siluis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, ceterisque omnibus alijs bonorum eorum adiacencijs, longe vel prope positis, secundum leges vesmannorum rite et racionaliter [o:—nabiliter] trado et assigno, pleno iure in perpetuum possidendi [o:—da]. Transferens in ipsum Dominum et suos heredes plenum possessionis ius, predicta bona vendendi, donandi, commutandi seu alio modo quocunque voluerit libere, ordinandi, ablata mihi meisque heredibus omni facultate vlllo vnquam adinuencionis ingenio, ab ipso vel suis heredibus in posterum reuocandi In cuius euidenciam firmiorem, sigilla Dominorum nobilium Gregorij Magnusson, Anundi Stwra, Styrbiorni Torstensson, Vlphonis Magnusson, Æringislone Jonsson militum, ac Byrgeri Magnusson, ac sigillum Ciuitatis Arosiensis, ac vna cum sigillo meo proprio, peto ac rogo presentibus apponenda. Datum Ekeby Anno Domini M. CCC. XX. septimo, die beati Olai Martyris.

Under afskriften äro afritade följande sigiller: N:o 1, Lars Jonssons (ett ekblad); N:o 2, Greger Magnussons (2 snedbjelkar); N:o 3, Anund Stures (3 sjöblad); N:o 5, Ulf Magnussons (halfva skölden tom, i den andra hälften 3 snedbjelkar); N:o 6, Erengisle Jonssons (båt); N:o 7, Birger Magnussons (lejon och en half lilja); N:o 4 och 8 tomma.